



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 60. Liber Francisci Suarez Jesuitæ in Parisiensi Senatu denuntiatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

jura vilipenderant, tandem hanc unicam justitiæ laudem in suo interitu reportarunt, ut licet nunquam bene stetitissent, dicantur tamen jure, quam optimo cecidisse.

Sæc. XVII.  
A. C. 1614.

## §. LX.

*Liber Francisci Suarez Jesuitæ in  
Parisiensi Senatu denunciatus.*

Interea dum hi tumultus in Germania  
ferverent, nondum in Galliis deferverat æstus, quem Curix Parisiensis Senatores adversus Jesuitarum libros concitaverant. Credebatur autem iteratæ hujus vexationis occasio ortum habuisse ex injuria Richerio olim Syndico recens illata; postquam enim hic, ne Patres Oratorii ad Parisiensem Academiam reciperentur, totis viribus oblectatus esset, Berullum hujus Congregationis Fundatorem graviter offendit; inde vero Richerii existimatio adeo inclinata videbatur, ut Pontificis Nuntius, instigantibus, ut ferebatur, Jesuitis intrepide Regem ac Reginam Fontis bel-laquei adiret, supplex, ut Richerius vel in Galliis summo Pontifici satisfaceret, vel captus Romam deduceretur: quinimo in secreto Senatu, cui Esperonius Dux præerat, jamjam conclusum erat, ut ipse Lochiensi turri includere-

*Argentre  
Concl. & jud.  
Facult. tom.  
2. p. 86.  
Abrege de  
V. hist. Ec-  
cles. tom. 10.  
art. 4.*

*Hist. Eccles. Tom. LV.*

Z

dere-

Sæc. XVII.  
A. C. 1614. deretur, inde Romam abducendus, prius vero Espernonius, cujus conscientiam moderabatur Berullus, Villaregius Minister, Harlæus Abbas Sancti Victoris, pluresque alii Richerium eo inclinare nitebantur, ut plenam Pontifici satisfactionem in Francia præstare vellet: cum vero eorum conatui haud secundus colluderet successus, Espernonius Dux Richerium per satellites ex Collegio ad carceres Victorianos abstrahi iussit. Parisina autem universitate apud Curiae Patres intercedente, hi captum non modo e custodia liberarunt, sed etiam in omnes, quos hujus violentiæ confcios credebant, animadvertere decreverunt: Ingens tamen Ducis auctoritas, & singularis favor, quo Jesuitæ in aula valebant, eorum minas pene inanes reddebat: inde vero Curiae Patres in Societatem magis exacerbati, vindictam exercendi ansam nacti sunt ex querela Ludovici Servini Regii Advocati, qui die vigesima Junii retulit, quod ex Francosordiensibus nundinis in Gallias illatus esset perniciosissimus liber, cui titulus: *Francisci Suarez Jesuitæ defensio fidei Catholicæ adversus Anglicanæ sectæ errores & apologiam pro juramento fidelitatis.* Insuper exaggerabat Servinus, quod hic idem liber editus fuisset, approbantibus P. Aquaviva Generali,

nerali, & Lusitano ac Rhenano Provincialibus. Sæc. XVII.  
A. C. 1614.

§. LXI.

*Propositiones ex libro P. Suaresii  
decerptæ.*

Postea Servinus propositiones, quas Merc. Gall. tom. 10. l. 2.  
scandalosas & perniciosas fore dicebat, ex hoc libro depromptas coram  
Regiis Ministris exponebat: erant autem præcipue sequentes I. „Papa habet in Reges potestatem directivam pro lib. 3. cap. 23. pag. 376. &  
in & in Principes iniquos, incorrigibiles, schismaticos, & pertinaces hæreticos potestate gaudet coercitiva. 377.  
II. Nonnulli Principes, etiam Reges Galliæ hanc potestatem agnoverunt, sic Zacharias Papa Childericum Regem, & Philippum Pulchrum Regno privatum declaravit. III. Si defensio sit propriæ vitæ, quam Rex tyrannica gubernatione violenter auferre aggreditur, tunc ordinarie licebit subdito seipsum defendere, etsi mors Principis sequatur, quia si pro vita propria hoc licet, multo magis pro communi bono. IV. Postquam Rex legitime est depositus, jam non est Rex legitimus, & si per vim Regnum retineat, incipit esse tyrannus in titulo. Per hæresin Rex statim ipso facto privatur Re-

Pag. 379. & 380. 382.  
lib. 6. c. 4. p. 813. n. 2. & 5.  
Pag. 816. n. 6.  
Pag. 819. n. 14.  
„gno,